FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Handschriften / Autographen

Tagebuch von Heinrich Wilhelm Ludolf.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

o.O., 13.01.1701-31.10.1711

31. Oktober 1711

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-176785

Visual Library

Sicuti per Verba homo cum homine commu-
nicat mentem suam, ita Deus per Verbum
oris sui nobiscum communicat Naturam
suam quae est CHARITAS. Verba humana
sunt quasi involucra idearum in mente
humana ortarum, sed Verbum oris Dei
est vera substantia essentialis omnium
substantiarum, adeoque Spiritum Vitalem
continet, vivificantem animos fideles in
silentio creaturarum aptatos ad percipi-
endam Vocem Subtilissimam Sapientiae
aeternae ad convivium suum nos invitantis.
Ideoque verbum hoc audientes et observantes
Christus vocat fratres suos, facientes Volun-
tatem Patris sui, quoniam sine hoc Verbo
voluntas divina neque cognoscitur, neque efficitur.
Sicuti in hoc Verbo est Magnetismus Amoris Divi-
ni ita se ei permittentes magis magisque trahun-
tur ad Centrum omnis Lucis et Vitae, atque inde
gloriosiores emanationes ex illo Centro in
Centro suae animae experiuntur. Sed homo car-
nalis adhuc abripitur ab hoc Fonte Vitae indul-
gendo Voluptati quam anima animalis percipit
ex Magnetismo Centri tenebrarum in mundo exter-
no latentis. Omnis Substantia habens Centrum activitatis,
quam magnetismus quidam comitatur

Euge bene Serve intra in gaudium
Domini tui. Esto particeps gloriae et
gaudii Domini, laetare quod Dominus
tuus gaudeat de Te, imo quod amor
infinitus Domini tui gaudium suum
sic felicitate sua completum reputet.
Sed quam pauci infidelitatem suam
agnoscunt, propter quam Jesum Christum
Dominum suum, jure merito vocare
nequeunt, imo quam multi in infide-
litate gloriantur, vel delectantur,
Spiritui hujus mundi potius quam
Spiritui Christi morem gerendo. Spi-
ritus hujus mundi desideria animae
animalis ciet et pascit, est autem Spi-
ritus hujus mundi tenebris et maledictione
implicatus, voluptatibus suis a creatore
abstrahendo. Quam primum oculis mentis
illuminatus homo haec cognoscit, atque sincere
per Lucem Veritatis e tenebris concupiscentiis
extricari desideat, tum incipit lucta inter
carnem et Spiritum, in qua Deus vult ut armis
divinis vincamus, Victoria apud fideles retardatur
dum suae activitati fidant, sive de propensione
benigna Dei erga nos dubitant.

Ita. Videmus quod plenitudo Divinitatis in Salvatore nostro habitans, atque ipsum Fontem et Centrum Vitæ efficiens, consistat in illa concentratione Gratiæ et Veritatis, quâ Infinitus Amor in I. C. manifestatus, ad se venientes et sitientes Se ipso implere et suas delicias efficere benignissime sollicitus est. Unde I. C. est Via per quam Deus ad nos venit, et trahit amorosè ipsius se permittentes, ad Deum venire juvat. Hæc Veritas, fallaces tenebrarum illecebras non tantum detegit, sed et Vires illarum in corrupta natura infringit. Donec in patientia usque ad finem perseverantes è potestate tenebrarum, in Stimulis carnis et amoris proprii se exserente extricati transplantantur in Regnum Filii amoris. Hic Rex Regum gloriam suam in felicitate subditorum suorum collocando, e plenitudine sua Vires confert in Via Legis amoris Divini ita ambulandi, ut indies frequentius et intimius Deo appropinquando, illum potentius amorem suum nobis manifestare sentiamus, donec in אחדות unus Spiritus cum Sponso Nostro coelesti facti experiamur Vitam, quæ est in Filio, εἰς τὴν ἑνότητα τελειώνεται ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ. vid. 220.